



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 89. Pacis articuli Elisabetham inter, & Regem, ac Scotiae Reginam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.
A.C. 1559
torum Republica, Helvetiorum, ac
Rætorum pagis, Sabaudix, Lotharingix,
Ferrariæ, Mantuæ, Urbini, Parmæ,
ac Placentiæ ducibus, ac Genuensi, &
Lucensi Senatu.

Quarto post die hæc pax Parisiis fuit
promulgata, ac summus Pontifex Ro-
mæ publicam gratiarum actionem de-
cernens, ingentis gaudii signa edebat.

§. LXXXIX.

*Pacis articuli Elisabetham inter,
& Regem, ac Scotiæ
Reginam.*

Eadem die inter Angliæ Reginam, &
Scotiæ Regem, ac Reginam aliud
pacis fœdus promulgabatur, cujus præ-
cipuos articulos hic subjicimus. I. Neu-
tra pars nec per se, nec per alios in-
festis armis invadet alterius ditiones,
quas eo tempore possidet. II. Nec An-
gli, nec Scoti ad invadenda alterutrius
regna cujuscunque conditionis, aut di-
gnitatis Principi, five quibuscunque
sanguinis, vel affinitatis vinculis con-
juncto auxilia præstabunt. III. Nullo
pacto rebelles, fugitivos, aut scelera-
tos &c. recipiant. IV. Intra trimestre
Aymuthi propugnacula, ceteraque om-
nia in Scotiæ Regno ab Anno Domini
millesimo quingentesimo quadragesimo
nono

nono erecta solo æquabuntur. V. Cuncta ^{Sæcul. XVI.} jura, ac mutuæ prætensiones in pri- ^{A.C. 1559.} stino statu integræ permanebunt. VI. Infra bimestre arbitri utrinque nomina- buntur, qui quosdam decidant articu- los, circa quos Franciæ Oratores non- dum satis edocti sunt. Hæc pacta die decima oëtava Aprilis a Maria Stuarta, & Delphino ejus Marito fuere firmata, die autem trigesima prima Maij utrius- que Regni Judices Upsalintoniæ con- gregati ibidem aliud sœdus circa arti- culos in nuperis pactis nondum decisos suo chirographo muniebant.

§. XC.

Magni tumultus in Scotia propter religionem.

Interea haud minor erat Protestantium ^{Thuan. l. 21.} potentia in Scotiæ Regno; ibidem ^{n. 7. hoc ann.} enim reperiabantur quamplurimi, qui Ordinum comitia pro summo imperio moderabantur; horum itaque auctori- tatem, ac potentiam cum Scotiæ Ad- ministratrix regno summopere nocivam fore præsentiret, hinc illos inde expel- lere statuit: ut vero rem accedente decreto magis solemni exequi posset, Sterlini Conventum indixit, illucque cunctos spuriae Reformationis Ministros adesse jussit. Hi ergo accedunt, innu- mera populi multitudine stipati; con- fluxe-